



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Mauro abbate. Cap[itulum]. xxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

etate in lateranensi palatio pro eruditione ecclesiastica discipline ab eodem fratre suo tradit⁹ est tempore gregori⁹ secundi pape. Et postmodum a zacharia papa in diaconatus ordine pariter cum germano suo promotus est. Sed dum idem frater et antecessor pontifex ad vitam extremam pertingeret: populus romanus divisus est: et alij cum theophilato archidiacono tenebant: alij vero eidem paulo diacono adhaerebant. Dum vero de hac luce pontifex idem migrasset: continuo congregatio populi que cum eodem paulo valis dios erat: eum in pontificem elegerunt: et ita in apostolica sedem ordinatus est temporibus constantini et leonis imperatorum. Hic constituit divina officia celebrari in quadagesima ante septimam. Hic congregatis sacerdotibus et clero ac populo romane urbis corpus beate petronille de loco ubi quiescebat extra portam via apia abstulit una cum sarcophago marmoreo in quo legebat titulus manu propria beati petri apostoli sculpt⁹. Auree petronille dulcissime filie: quod plautro impositum intra urbem in beati petri ecclesia collocavit. Hic fuit fortissimus fidei defensor: unde septius nuncios cum litteris ammonitionis prefatis augustis direxit: pro restituendis et in primo statu confirmandis sacras imaginibus christi dei genitricis atque sanctorum omnium que illi comburere faciebant. Hic multas ecclesias restauravit: quod plures etiam noviter edificavit: et nonnullas mirifice decoravit. Fuit enim mitissimus et misericors: nulli malum pro malo reddens: sed omnibus eorum offendicibus misericorditer indulgens. Hic cum paucis familiaribus suis nocturno silentio per cellas pauperum et infirmorum in lectis decumbentium circumbar: eis necessaria ministrando: sed et carceres visitans per eadem noctis secreta retrusos a mortis periculis eruebat: et obligatos pro debitis redimebat. Ceteris et pupillis omnibusque indigentibus opere ferens: sicque sanctis pollens virtutibus apud sanctum paulum quiescit ubi etiam sepultus est. vi. kalen. februarii. Sed post dies modicos corpus eius a romanis cum honore ad sanctum petrum delatum est: ubi et miraculis clarior: et cessavit episcopus annu⁹ vni⁹ et mensem vni⁹.

De sancto Adituro abbate. Cap. xxxi.



Aditus abbas pio monacho mimatensi. postea abbas carnotensi. pagus que portusum vocatur deo providere factus est: que laudabilibus operibus vitam ducens: dissolutione corporis suis predictis: et decessit aurelianensis humatus est: supra cuius corpore fideles ciues ecclesiam construxerunt: quam cum die amiversarii sui festi universus populus celeberrime visitasset: unus ex ciuibus contempta missa ac cepto rastro vineam palinabat increpatumque a quibusdam cur ad ecclesiam sancti non

accederet. Respondit quod etiam adiutus cultor vinee fuerat. Quod sibi manus retorta et facies ad tergum versa est in admiratum stuporem: qui ad ecclesiam sancti confugit: et in testimonium sanctitatis beati corporis diebus aliquibus sic manens: ut a cunctis videri posset: tandem peccatum confitens et veniam petens: oransque ad sancti tumulum post dies modicos liberatus est: huius sancti festum agitur. vi. kalen. februarii.

De sancto Mauro abbate. Cap. xxxii.



Mauro abbas monasterii bobaceni. vir fuit mirae sanctitatis conspicuus: cuius virtutibus plenam: vir illustris ac patricius diuani scribit: quam ramentum hacrenus nupquam valeret

perire: qui et in christo pausavit. vi. kalen. februarii: ut Ado restatur.

De sancta Agnete secundo. Cap. xxxiii.



Agnete secundo die

octava ab eius passione ab ecclesia celebratur: non quidem pro modo octavae: sed quasi pro festi repetitione: et hoc propter quoddam visionis miraculum: quod apparuit parentibus agnetis virginis ipsa die: ut Ambrosius scribit. Nam cum diebus pluribus parentes beate agnetis ad eius tumulum eius orationibus vigilarent: die octavo medie noctis silentio: viderunt choros virginum vestibus aureis indutum: cum immenso lumine transcurrentes. Inter quos vident beatam agnetem simili veste fulgentem: et a dextris eius agnum nive candidiore. Et dum haec videntes obstupescerent: rogat agnes ceteras agnetes gradum figere. Ipsa quoque stans pariter cepit admonere: ne illam quam mortua deficerent: sed eius potius glorie perfruerent: eo quod cum sanctis virginibus lucidas sedes acceperat. Illis in celestibus iuncta erat que in terris posita tota intentione dilexerat. His dictis visio evanuit: et societas parentum consolatione recepit: visionemque publice enarravit. Et idcirco festum agnetis secundo ab ecclesia institutum est. v. kalen. februarii.

De sancta Constantia agnete. Cap. xxxiiii.



Constantia virgo: fuit

Constantini imperatoris fuit: que lepra gravissima laborans: tantis erat obsessis vulneribus: ut a capite usque ad pedes nulla membra pars libera permansisset. Que cum audisset qualiter beata agnes parentibus apparuerat (ut superius dictum est) et qualiter infinitis miraculis conuocabatur: accepto consilio et spe recuperanda sanctorum: venit ad tumulum virginis nocte: et licet pagana: mente christi credula: preces ad deum fideliter effundebat: ubi dum oratione persisteret: